



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Beatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

32. Infans cuius baptismus est dubius, vndecumque oriatur dubium, ita vt fuisset rebaptizandus si superuixisset, sepeliendus est in loco sacro. Homobonus. p. 4. tr. 3. ref. 69.

*Beatus.*

1. **N**on licet recitare officiū alicuius beatificati v.g. B. Frācis̄ci Borgiæ etiam ex deuotione extra diem eius festum; imò nec commemorationem de eodem in Missâ facere, & cōtra facientes peccant mortaliter. Item quando conceditur aliquibus Religiosis facultas Missam de talibus Beatis celebrandi in suis Ecclesiis, nō possunt illam celebrare alibi v.g. in aliquâ parœciâ, aut monasterio alterius religionis. Quòd si tamen id solum semel, aut bis fieret, non esset lethale. Granad. p. 4. tr. 4. ref. 231.

2. Quando in beatificatione alicuius Pontifex concedit Sacerdotibus alicuius Religionis, vt possint de illo Missam celebrare, non licet aliis Sacerdotibus, seu sæcularibus, seu regularibus, de eo Beato in Ecclesiâ assignatâ Missam celebrare. Quia illud priuilegium conceditur tantum Sacerdotibus illius Religionis; cum illi soli in Bullâ exprimantur.

Turrian.



Turrian. & Molfesius p. 2. tr. 15. ref. 55. &  
in *Addit.* 3. p. ref. 2.

3 Non potest Episcopus instituere  
diem festum alicuius Beati nondum ca-  
nonizati. Sanchez & alij 3. quamvis  
contrarium docent Suarez & Fagun-  
dez. Neque etiam licet talem Beatum  
inuocare in publicis Litiis. Portel &  
Castellin. Neque eius imaginem depin-  
gere cum radiis, vel diademate. Bellar-  
min. & alij 3. p. 3. tr. 5. ref. 9.

4 Consuetudo per sortes eligendi Sā-  
ctos tutelares, illicita est, melius ex ra-  
tione eliguntur. La Torre. p. 5. tr. 14. ref. 9.

## Bellum.

1 **P**otestas indicendi belli est penes  
eos solos, qui non habent supe-  
riorem in ciuilibus, & criminalibus. Po-  
test tamen consuetudo etiam alijs eam  
potestatem conferre: imò & interdū  
ipsa necessitas. Molin. & alij 2. p. 6. tr. 4.  
ref. 1.

2 Non potest dari bellum ex vtraque  
parte iustum, etsi ab vtraque parte ius-  
te non peccetur propter ignorantiam.  
Valent. & alij 4. *ibid.* ref. 24. Quando  
autem sunt vtriusque rationes proba-  
biles, posse Regem suscipere bellum cō-